



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XXVI. Privilegium des Bischofes Ludwig von Brandenburg für den Kaland in Burg, vom 9. Februar 1340.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

perit indignationem omnipotentis dei atque nostram se nouerit grauiter incurfurum. Datum et actum anno incarnationis ihesu cristi M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIX<sup>o</sup>., in die Mathie apostoli.

Nach dem Originale des Stadtarchives Nr. 79.

XXV. Bischof Ludwig von Brandenburg bestätigt dem Andreas-Altare zu Burg gewisse Schenkungen, am 25. Januar 1340.

In nomine domini Amen. Vt actiones hominum vtilis et honestas temporum mutabilitas non aboleat etc. — Hinc est quod nos Ludewicus dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus ad omnium christi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam deducimus — Quod nos domini Mathie, plebani in Borch et Canonici ecclesie sancte Marie virginis in Magdeburch et domini Lamberti plebani in Scydyz uotis, Prefertim cum honorem dei et salutem animarum suarum respiciant, pio concurrentes affectu, nostrum Beniolum prebere debemus assensum. Predicti enim, sicut accepimus ab eisdem, sex frustorum reddituum, quorum vnus chorus cum dimidio filiginis et vnus chorus cum dimidio in villa Recele et vnus chorus filiginis cum sex solidis Magdeburchensium denariorum in villa Resene, et tredecim modios filiginis et dimidium chorom auene et tres modios tritici et quatuor modios cum dimidio ordei et duodecim solidos Magdeburgenfes denariorum in campis ville Cybbeckleue ante opidum Borch sitos, quorum proprietati Reuerendus pater et dominus dominus Otto Magdeburgenfis Ecclesie Archiepiscopus cum consensu sui capituli a sua Ecclesia abdicauit, ad altare beati Andree Apostoli in Ecclesia beate Marie virginis borch situm et quosdam alios redditus annuos ante opidum Borch sitos atque agros quatuor iugerum pro suarum et progenitorum animarum salute perpetue decreuerunt deputandos hoc modo, Quod ex nunc et de cetero in perpetuum domino concedente sacerdos ydoneus dicto Altari deseruire debeat missam singulis diebus in eo celebrando et de dictis redditibus sustentari etc. — Actum et datum anno Domini MCCCXL<sup>o</sup>. In Conuersione sancti Pauli Apostoli.

Nach dem Originale, dessen letzter Theil nicht mehr ganz lesbar ist, Nr. 25 des Stadtarchives.

XXVI. Privilegium des Bischofes Ludwig von Brandenburg für den Kaland in Burg, vom 9. September 1340.

In Nomine domini Amen. Ludewicus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in filio uirginis gloriose. Cum sit idem dominus omnium tam humilium quam potentium, apud quem nulla prorsus est accepcio personarum, necesse est vt vnusquisque in suo ordine et condicione suo seruiat creatori etc. — Hinc est, quod cum fratres kalendarum in Borch quasdam constitutiones inter se statuissent speciales, per quas ipsi deo copiosius deseruirent et Animarum suarum salutem celerius consequi mererentur, nobis deuotissime supplicarunt, vt intuitu dei dictas ipforum fra-

ternitatis constitutiones examinare et approbare dignemur et sic probatas et examinatas Auctoritate nostra pontificali eternaliter confirmare. Nos igitur dictorum confratrum iustis ac dignis petitionibus fauorabiliter inclinati ac diuinum cultum in hac parte augmentari conspicientes, Attendentes etiam quod dicitur per prophetam „Ecce quam bonum et quam iocundum” et cetera, Et illud apostoli „fraternitatis amatores” etc. predictas eorum fraternitatis constitutiones studiose perspeximus et fideliter examinauimus, laudabiles deo ac rationabiles per omnia comperimus ipsasque approbauimus et approbatas in nomine domini confirmauimus nec non auctoritate nostra ordinaria presentibus perpetuo confirmamus, volentes insuper sepe dictos confratres ampliori gracia confoueri, Districte precipientes et nihilominus sub pena excommunicationis firmiter inhibentes, ne aliquis de collatione beneficiorum seu altarium predictorum fratrum, que per ipsos in Borch dotata sunt et adhuc per eosdem aut per alios fraternitati eorum undique dotanda sine ipsorum consensu et uoluntate se aliquatenus intromittat. Quicumque uero ydoneus per decanum dictorum confratrum ad aliquod predictorum beneficiorum seu altarium conferendum Plebano in Borch legitime presentatus fuerit, idem plebanus presentatum ad dictum beneficium seu altare auctoritate nostra instituire canonice non postponat. Si uero dictos fratres in locis interdicti sentencijs a nobis vel a nostris iudicibus suppositis decedere contigerit, dummodo occasione illorum sententia interdicti lata non sit, in cymiterio uel in ecclesia tam laycos quam mulieres in dicta fraternitate existentes campanis non pulsatis cessantibus omnibus sollempnitatibus concedimus cum silencio tumulari. Item quod in quatuor anni temporibus, in quibus kalendas celebrauerint, loco et tempore interdicti possunt et debent de uespere uigilias et altera die duas missas vnā pro uiuis et aliam pro defunctis ianuis clausis campanis non pulsatis submissa uoce cessantibus sollempnitatibus celebrare, quibus tam laycis quam mulieribus in predicta fraternitate consentientibus communiter concedimus interesse. Et quicumque dictis uigilijs et missis eorum, de quibus predicatur interfuerit et pro uiuis ac pro defunctis deuote ac fideliter orauerit, pro qualibet ipsarum horarum de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum auctoritate atque nostra Quadraginta dierum indulgencias et vnā karnam de iniunctis sibi penitencijs in domino misericorditer relaxamus. Ne igitur hoc, quod ad utilitatem dicte fraternitatis dedimus et ad honorem dei graciosè confirmauimus, ab aliquo successorum nostrorum in posterum aliquatenus ualeat infirmari, prefens scriptum sepe dictis fratribus dedimus et idem sigilli nostri firmauimus munimento. Et nos Theodericus, dei gratia dicte ecclesie Brandenburgensis prepositus, Wilhelmus prior Totumque eiusdem ecclesie capitulum Recognoscimus per presentes, Quod omnia supradicta de ratihabitione omnium nostrum et communi consensu facta sunt, Grata et rata omnia habentes, que per dominum nostrum Ludewicum episcopum predictum acta et ordinata sunt in premisis, presentes in testimonium sigillo nostri capituli roborantes. Actum et datum Brandenburch, anno domini Millesimo Tricentesimo Quadragesimo in crastino Natiuitatis beate Marie uirginis gloriose.

Nach dem Originale des Stadtarchives in Burg Nr. 130.